

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii  
Rvfi**

**Freinsheim, Johann  
Curtius Rufus, Quintus**

**[Argentorati], [circa 1639 oder später?]**

Cap. 5

**urn:nbn:de:bsz:31-103771**

lib. 8. c. 4. n. 28. 29. 30. & c. 5. n. 1. 2. 3. 4. Comment. in Curtium.

communicanda sibi, partiendaque iniucem omnia commoda, etiam ad usque bucelam panis. Inde quoque Solonis legem explicem, qua sanxerat ut sponsa cum sponso conclusa, malum cydonium cum eo comedere. Plutarch. Solone c. 32. Romulus quoque in communione panis & aquae matrimonij fatus inisse traditur: quod fide Alexandri Neapol. refero. Sane Consarreationis nomen eo videtur pertinere. De qua volente DEO exactius ad Tacit. 4, 16, 2. Eandem causam habuisse reor Galatarum morem, quibus solenne erat, ut ex uno poculo sponsus sponsaque biberent: notissimo circa eam rem Synorigis exitio, de quo & Plutarch. in Amatorio cap. 43. Persicum autem coniugii sancidi ritum attigit Arrianus 7, 1, 22. Francicum exponit Lindenbrog. ad Tit. XLVI. L. Salicae.

8, 4, 28. *O P E S*) Addubito, an non conuenientius? *spes*.

8, 4, 29. *H O C M O D O*) Nuptias Alexandricum Roxane, depictas ab Actione, haud minus venusto penicillo delineauit Lucianus in Herodoto.

8, 4, 30. *V V L T V A S S E N T I E R*) Sic apud Tacit. 4, 12, 1. *Senatus populusque habitum ac roces dolentum imitatione magis quam iubens induebat*. Multa huic pertinentia Gruterus discursu 28. in Tacitum: quibus probat, maxime laudari, qui minime merentur. Quod autem dicit vultum maxime seruire, testem habet Ciceronem epist. fam. 1, 9. *Fronse arque vultu simulatio facilime sustinetur*. Vnde Iuuenalis Satyra 2, 8.

*Frontis nulla fides*

8, 5, 1. *O B S I D E S S I M V L*) Callidissimum consilium quo & postea vsus Hannibal apud Lixium 21, 21, 10. in Hispania, conquisitoribus in ciuitates missis, quatuor millia conscripta electa iuuentus, praesidium eisdem & obsides, duci Carthaginem iuber. Sic enim interpretatur illi Polybius 3, 33. *ονειρας επειτα και βοηθεια αυτων μεγα*. De Cesare, Seutha, Philippo I. Francie rege, Heraclio, Carolo Magno &c. vide Forstnerum ad ista Taciti 3, 43, 2. occupauerat nobilissimam Galliarum subiectum, liberalibus studiis ibi operata, ut eo pignore parvus propinquus que eorum adiungere.

8, 5, 2. *C R A T E R V M*) Idem tradit Arrianus 4, 4, 10. Craterum aduersus Catanem & Ausianem, qui soli ex Paratacenis defecerant, verti debuit: qui soli ex defectoribus in Paratacene (nam & magister natus scribend. promovet.) supererant. Ceteri enim qui simul defecerant, iam erant domiti, ut ex antecedentibus apud Arrianum constat.

*B V B A C E N E*) Hanc regionem nemo præter Curtium laudat. Raderus. Cogitandum annon dicere voluerit Paratacene? Si Arrianum introspicias, videbitur.

8, 5, 3. *I N B E L L V M I N D I C V M*) Quod iam dudum agitabat animo. supra 8, 2, 27. Et apud Arrian. 4, 3, 4. respondet Pharaeani, ducem se comitemque Pontice expeditionis fore pollicito: sibi res Indicas in animo esse.

8, 5, 4. *C L Y P E I*) Vett. libri Pereti vel periis: an fuit, periis militare? ut ipsi homines auro & ebore fulgere dicerentur, non tantum clypei illorum nam & alibi quam in clypeis tantum, sic ornatos fuisse consentaneum est. Sic de exercitu Persico supra 3, 10, 9. *fulget auro purpureaque*.

*A R G E N T E A S L A M I N A S*) Haec verba non aduerit Raderus, cum Iustini 12, 7, 6. erroris arcet, quod Argyraspidas demum fecerit Alexander, cum in Indiam moueret, quid enim aliud hic expressissimis verbis Curtius? Ergo hic potius arguendus erat, quod sibi ipsi contraria scriberet, Argyraspidum supra 4, 13, 27. in proelio Arbelitico facta mentione: *deceptus*, ut conjicere licet, à Diodoro 17, 57. nam Arrianus 3, 2, 24. *ονειρισθε αγνοε, scutatorum agmen*; non ut Diod. *αεργοστης* appellat. Posset tamen dici Diodorum id huius ex antiquo scriptore, temporibus

bus illis coæuo, qui quum istud prælium describeret aliquanto post quam acciderat nomen illi agmini indiderit, quod tunc habebat, ut pote notissimum, non illud quo<sup>d</sup> pugnae tempore habuisset, iam desuetum & obliuionis traditum. Eiusmodi περὶ λαχνῶν exempla multa passim obseruantur, vt in Virgilio apud Macrobium.

**CXX. MILLIA.**) Intellige cum triginta millibus istis, quorum à pr. capit. huius mentio, aliisque barbaris, impedimentorum potius loco, quam militum habitis à Liuio 9, 19, 5. Nam si robur exercitus computes, verum reperies quod quidam in Panegyrico Constantino dicto adfirmat, nunquam ultra 40000. militum millia duxisse, cui & dicto loco Liuius, & Iustinus 11, 6, 2. adsentuntur. vbi Bongarsii notam vide.

**8, 5, 5. MATVRVM.**) Quod multos in exercitu haberet Persas, qui ex auita consuetudine adorare cum incipientes, facilis permoturi essent Macedonas, vt exemplum sequentur, quos alias ad id persuaderi nullo, vel paucis præeuntibus, arduum videbatur. Post hanc vocem Acidalius inscrit ratus, exigente sensu: putem tamen potius absorptam fuisse à consimili sono superiori linea: *omnibus præparatis, ratus quod olim &c.*

**ETIAM CREDI.**) Cum tamen ipse non crederet, nec expresse auderet iubere, vt crederetur, vide infra 8, 8, 15. & Gruteri discurs. in Tacit. 29, 3. *Quis enim imponeat mihi (aut cuius) necessitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi.* In quibus putari possit cogitasse Tertullianum qui hoc appellat *interdicere opinionem diuinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere, quem nolim.*

**8, 5, 6. MORE PERSARVM.**) De quo exacte Brissonius post pr. libri primi de regno Persarum. Et post eum Cordoua Didascalie cap. 3. Arniseus de Republ. 2, 3, 4, 18. & de iure maict. 6, 19. Quibus adde Philonem de legat. ad Caium: *Quidam barbaricum adorationis morem in Italiam intulerunt: natuam Romanorum libertatem corruptentes.* Dionem lib. 60. de Claudio: edixit ne quis eum adoraret, ne quis ipsi sacrificaret.

**MACEDONIAS.**) Hactenus enim ciuilis erga hos se gesserat vt supra ad 6, 6, 6. notatum est, quo alludit Lucianus in voto Samippi, omnino ad exemplum huius regis expresso: *Barbari me adorent: ego inulta Græcorum legem imperabo, vel potius, trajecta vocula: τὸν Ἐθνῶν κράτον ὑποδέξω. Græcis secundum leges imperabo.* Hoc est secundum fas Græcorum, quibus indignissimum semper visum quemquam adorare, quam in rem multa, nec ignota exempla festinans præterebo. Id ergo iam à Macedonibus etiam audebat postulare, rem grauissimam etiam non victores cum eo gentium, sed ab hostibus vieti fuissent. Sic enim illa Liuio 9, 18, 3, capio: *desideratos humi incitent adulaciones, etiam vicitis Macedonibus graues, nedum vicitoribus.*

**ADVLATIO.**) Extant multa passim optima dicta in peffissimo adulatores, quætu apud eos leges, qui communes locos in polyantheas coniecerat. plurima quoque Stobæus 1, 42. ad quæ non pauca Opsopæus. Raderus. Adde Reusner. in symbol. Anastasi Dicori. in primis nobilissimum Plutarchi opus de discrim. adul. & amici. Alexander igitur etiam *mellito* hoc laquo. (sic enim apud Laertium appellat Diogenes) captus fuit: nec est quod inde se extricasse putemus, cum aut Dinocratis commentum de monte Atho in eius effigiem transfigurando, respueret; aut librum Aristobuli, in quo singulariter eius cum Poro certamen, supra veri fidem tradiderat, in Hydaspem proponeret: vt narrat Lucian. de conscrib. histor. tanquam infensus adulacioni. Non enim iralcebatur assentationi, sed quod nullo artificio mendacium tegens, risum potius atque contemptum sibi apud homines, quam admirationem excitatura videretur. Nam in aliis sane euenit ei quod eiusmodi hominibus solet, vt nimirum *illos in præcepta agat*

exsuffta libet, & fides in obsequium seruite submissa &c. Seneca de Benef. 6, 30. Intantum ut quos Dionysocolaces nominare solebant, Alexandrocolacae (Alexandri assentatores) nuncipari palam pateretur. Chares apud Athenaeum 12, 9. Quamquam enim in iis hominibus aliud paulo significaret id vocabulum; ipso tamen nominis sono gauisus videbatur. Quapropter non minus vere quam disterte de eo Erasmus in lingua: Habebat Alexander magnus suos instigatores, qui iuuenem suapte sponte furentem magis incenderent ad bellum, pollicentes necio quod totius orbis dominium, subinde veluti novas facer siegerentes, hac regio tibi superest armis subigenda &c. quo loco deinceps alia magis etiam huic pertinentia subiecta, & de adulacione doctissime differit, quæ breuitatis causa hic omittuntur. Nec minus preclara multa apud Athenaeum libro sexto. Alexandrum hoc nomine carpit Agatharchides apud Photium: laudatione enim captus est; appellatusque Iupiter, non se subannari, sed honorari existimabas. Expetitis lis quæ fieri nequintant, nature fuit oblius.

**PERPETVVM MALVM REGVM**) Adsentior plane Bernartio his verbis adstruendi lectionem Cod. Ms. apud Statuum 11, 257.

*Non defuni regni comites* - - - - - *hoc est, adulatores, qui per-*  
*petuo haerent regno, non regi, & fortunam potius magnatum, quam ipsos amant, ut*  
*inuit Germanicus apud Tacit. 3, 71, 6. Adde Arrianum in sequenti nota.*

**SÆPIVS ASSENTATIO**) Verissima gnome, & in qua exprimentia certasse videantur auctores. Capitulin. in Gordianis cap. 25. Miser est imperator, apud quem vera reincidentur: Agatharchides apud Photium: *Noui enim in nau grandior, multarumque rerum experientiam consecutus, per assentationem eos qui excellerent dignitate, regnusque sumel funditus detra Cassandri, Lysimachi, & Alexandri, tanta cum fuerint, Medorum, Syrorum, & Persarum: et neque generis semina reliquerint &c.* Diphilus apud Athenaeum 6, 16.

*Nam assentator imperatores, dynastas, amicos,*  
*Ac denique ciuitates euerit:*

*Sermonem danno breui tempore oblectans.*

Arriani loca necio an aduerterint alii, sic enim ille 2, 2, 2. qui ad volseptatem tantum loquuntur, maximo semper regibus, cum quibus versantur, danno futuri. Siue potius, qui iucunda tantum proferentes aderant, semperque aderent regibus, illorum danno. Respicit enim id quod modo notatum; hos esse indiuisios regni comites, & perpetuum regnum malum. Idem 4, 2, 6. cuiusmodi homines regibus, regumque negotiis & perniciosis semper fuerint, & nunquam esse desinent. Et 7, 5, 20. eadem sere verba repetit, quæ lib. 2. posuerat. Marcellinum 27, 11. addam de Valente: *Speculator aequissimus rerum, antequam adulacionum perniciosis illecebris captus rempub. funeribus perpetuo deflendis affigeret.*

8, 5, 7. **HONESTARVM ARTIVM**) Philosophie, poetices, oratoria. Tales in Romana aula apud Tacit. 14, 16, 3. & Philonem de legatione ad Caium. Vide Plutarchum de discrimine adulatoriis & amici, sapientissimo opere.

8, 5, 8. **AGIS QVIDAM**) Sic & apud Arrian. 4, 2, 15. scribitur, & in Plutarcho de discrimine, adul. & amici cap. 34. vbi infigne eius specimen notatur. Nam cum Alexander cuidam ferre magna daret dona, præ innidia ac dolore exclamauit, *Prolem absurdissimam! cunque iratus rex se ad eum conseruisse, & Quid ait? dixisset. Fato, inquit, indignari me ac moleste ferre quod vos Iose genitos omnes video hominibus adulanibus ac ridiculis vii. nam & Hercules Cercopibus quibusdam, & Bacchus Silenis se oblectauit, & tales apud te in pretio esse manifestum est.* Et ibid. cap. 51. necio quos Agis nominat; nam & ibi nostrum hunc alludere videtur: qui in nonnullis Curtii libris

bris etiam *Hages* scribitur. Niſi forte propius accedat ad *Nicias* nomine, nam & ille inter adulatores Alexandri fuit. *Athenaeus* 6, 13.

**POST CHOERILVM**) De hoc inter scriptores historiae de Alexandro dictum. Gyraldus de Poëtiis Dial. 3. duos fuſſe statuit hoc nomine poëtas epicos, alium qui LXXV. Olympiade abruerit; & hunc qui cum Alexandro circa Olymp. CXII. vixerit. Prioris etiam Suidas meminit, non sine eximijs laudibus. At hic de quo Curtius ab illo & Horatio pro omnium ineptissimo traducitur. Quod quidem contra Scaligeri sententiam (nam vnum tantum aſſerit fuſſe Choerilum, ſummum poëtam, Horatiisque iudicium maximopere reprehendit, ad Eusebian. num. MDXXXIV.) contra que Mureti Var. Lect. 12, 14. & Cl. Voffii de Historie. Græcis 4, 7. euidentiſſime oſtentat Magni illius Viri non tam libronum quam eruditioſiſ heres D. Heinſius lib. 2. de Satyra Horatiana.

**CLEO**) Mirum dictu, quticquid à Cleone Siculo diſputatum ait Curtius, hoc totum Anaxarcho Sophistæ Abderitanuſ assignat Arrianus 4, 2, 14. Nec apud Plutarchum ylla Cleonis mentio, & multa Anaxarchi. Raderus.

**ET CETER-A**) Eodem enim Plutarchi loco nominatur *Agnon*, *Bagoas*, & *Demetrius*. Item *Medius*, de quo infra ad 10, 4, 17. Apud *Athenaeum* 6, 16. *Gergithus*, quo vocabulo librum inscriptiſt Clearchus Solensis. quod tamen non viri nomen videtur fuſſe, ſed patriæ. *Gergitha* enim urbs Troadis fuit, ut eo loco porro traditur. Apud eundem *Athenaeum* 6, 15. *Diosippus pugil*, cuius & in Curtio 9, 7, 16. eſt mentio. nec eximendus ex hoc albo Anaxarchus, ac cuius adulatoria conſolatione ſupra ad 8, 2, 12.

**NATIONIS VITIO**) Ergo Siculi adulatores & non memini ab aliis scriptoribus hac laude insignitos. Quod ſemibarbare locuti ſint scriptores eſtantur. Firmicus Astronomic. 1, 1. acutus; Cicero in Verrem lib. 1. genus hominum acutum & ſuſpicioſum dicit: & de Orat. 2, 54. & in Verrem lib. 6. *Siculus facetus*. *Siculizans* vero apud paroemiographum de vaſris & improbis dicitur. De variarum porro gentium virtutibus & vitiis tractat Alexand. Neapol. 4, 13. Extat alius scriptor de moribus gentium improbus & impudens, cuius nomen prætero, ne chartas meas inquinem, famosus enim potius libellus, quam verus liber. Raderus. Vide no- tam ſupra ad 4, 1, 30. & 5, 1, 37. cui iunge Tiraquellum in VII. leg. Connub. glossa primæ parte VII. num. 61. & Bodinum de Republ. 5, 1. Ceterum Siculi multorum ſententia poffimi mortalium ſunt habitu. *Tritum*, inquit Taisnietus in Chiroromantia ſua, eſt prouerbiū, inter toius orbis homines, *infidiles eſſe poffimos*: inter inſulares, *Siculos*: inter *Siculos*, *Cataneos*: *Catanea* in larga platea poffimos eſſe cives: inter illius platea habitatoros, eſſe poffimos eos, qui domum quandam, que pilis gerit inſignia, in- habitant. Facillus de reb. Sicul. 1, 1, 6. & 7. *Omnis Inſulari mali*: poffimi autem *Siculi*. Sed animaduertendum eſt quod Firmicus 1, 4. ſcribit, poſtquam paule ſupra de moribus gentium, ex vulgi ſententia diſſeruit, ait: *De moribus vero gentium ſuperuacanea diſputatio eſt*. Nam & *Asiatos* plorimos viderunt, imo pene omnes, ſobrietatis inſignia preferentes; & *Grecoſum* leuitas ſepe modeſta grauitatis pondus accepit, & effranata *Sy- tharum* rabies quandoque humanitatis clementia mitigatur: & in ſenibus *Galiliarum* popu- lus ſapientie temperamento prudenter conualescit: Afrorium quoque ſubdolus manus honeſtate fedici ornamēta condecorat: & à pluribus Hispanis iactantie via ſeruentur: & Syro- rum auaritiam mutauit repentina profuſio: nec eſt inter illos acuſos *Siculos*, ſtultos inuenire difficile. Ab Italis quoque frequenter dominationis imperia tranſlate ſunt.

**CASTOR ET POLLUX**) De Castore & Polluce ſcripſimus ad Martialis epigram- mata, & habes longiſſime explicata ab Natali Comite lib. 8. toto cap. 8. apud Gyraldum hyatagmate 5. de Castoribus ſeu *Dioscuris*, yti Græcis appellantur, *Leda* ex Ioue fi- lis,

Comment. in Curtium.

lib. 8. cap. 5. num. 9. 10. II.

liis, Tyndaridis. Raderus. Adde Sueton. Cæs. cap. X. Hanc autem orationem Attianum, 4, 2, 18. adscribit Anaxarchus. Item 4, 2, 6. iam ante in conuiuio Cliti cæde insignito, idem fert iactatum à nonnullis. A talibus assentationum portentis infatuatus Caligula, primo amulabatur semideos quos vocant, Liberum, Herculem, Castores, Trophonios. Amphiaræum, Amphitochum, & similes, irridens eorum oracula orgiaque, ad suam collatam potentiam. Philo dicit legat. ad Caium.

*CESSVROS ESSE)* Similis in Cæsarem adulatio Virgilii Georg. 1, 34.

*tibi brachia contrahit ardens*

*Scorpius, & cati iusta plus parte relinquit.*

8, 5, 9. *NOBILES*) Hand dubie perit vox Persæ, vel barbari nobiles. id ostendit tam ipsa antithesis, non modo Macedones & Greci: quam num. 21. vbi diserte de barbaris qui conuiuio intererant. Idem sentiebat Bongarsius.

8, 5, 10. *THVRIS IMPENSÆ*) Alios veteres honores hominibus, alios herobus, alios dilis adhibebant. De quibus Gyraldus syntagm. 17. huius loci memor, etiam ex Arriano ostendit. Raderus.

8, 5, 11. *PERSAS*) De quibus Brisonius post pr. lib. 1. exacte. *Quin in* *hanc usque diem Persarum rex pro deo colitur à suis appellaturque dominus, qui calum ac* *terræ fulciat sustineatque; & aqua, qua ille pedes abliuit, religiose, seu res sacra, ac salu-* *tare morborum omnium medicamentum, adseratur. Cluuenus German. antiquæ 1, 25. Sed* & Æthiopes reges ut deos colunt. Strabo lib. 17. Diodorus 3, 5. de Romanis Imp. notum. Quorum Augustus, princeps introducendi moris eius, accepisse honores eumodi, non quod probaret; sed quia id postularet amplius imperij, cui veneratio quedam parabatur his aribus, videtur Philoni delegat. ad Caium, quæ sententia eadem vi est, cum ea quæ mox sequitur. Ægyptii reges suos mortuos in deos reposuerunt, solum Xerxes vivum adhuc deum appellantur. Diodor. lib. 2. Quod idem Romanis visitatum fuisse, suis temporibus adnotat Tacitus extremo annali quintodecimo.

*MAIESTATEM*) Pulcherrima gnome: coque passim citata & illustrata politicus. Incidit in parem sensum Plinius 11, 17. vbi de apibus: Non constat inter autores, rex nullumne solus habeat aculeum, maiestate tantum armatus. De maiestate pulchra Ouidius ab initio quinti Fastorum:

*Affidet inde Ioui; Iouis est fidissima custos:*

*Et praestat sine vi sceptra tenenda Ioui. Item:*

*Illa dasos fasces commendat, ebisque curule,*

*Illa coronatis alta triumphas equis &c.*

Vide Clapmar. arcan. 3, 12. Arnif. de Republ. 2, 2, 12, 122. Chokier. Thesaur. Polit. 2, 9. &c. & accuratum Lipsium Polit. 4, 9. Nec omitto ex Brisonio de regno Pers. lib. 1. pag. 81. adscribere, quod Imperatoris Iuliani, qui Eunuchos, Cocos, Tontores, palatio exigit, factum à plerisque hoc nomine improbatum Socrates histor. Eccles. 3, 1. tradit, ὅν ταυτόν εἰ τὸ βασιλεῖον τῆς πόλεως ἵζειν μέντον κατέπληξε, ἵνα γέγονται ἵπποι βασιλέων. id est, vt Cassiodor. histor. Tripart. 6, 1. vertit, quod remoto fastu palati, contemptibile videbatur imperium.

*VICISSENT INVIDIAM*) Vere enim vetus Panegyrista, alludens ad Sallust. Iug. 10, 2. difficultum est, innidiam virtute superare: aut, vt Iustin. 1, 2, 5. loquitur, amplitudine rerum, nam vt ait Ouid. Amorum 1, 15, 39.

*Pascitur in viuis luxor, post fata quiescit.*

*Tunc suus ex merito quemque tuerit honor.*

Nempe teste Horatio Carm. 3, 24, 31.

*Virtutem incolunum oäimus.*

Subla-

Sublatam ex oculis querimus inuidi. Ergo apud posterorū, cum obrectationis inuidia decessit, industria testimoniū redditur, vt Iustin. fine præfationis ait. Solletque fieri, vt cuius, si inter eos, quos nunquam vidimus, floruisse, non solum libros, sed etiam imagines conquereremus, cùdēm nunc honor præsentis & gratia, quasi satisata langeat. vt Plinii verbis vtar Epist. 1, 16. Nam in omni laudis genere, illustres atque admirandæ actiones granas inuidias & acres calumnias constare solent. Polyb. 1, 36. Verum qui virtutem sectamini, si tamen hac quoque mercede gaudere potestis, ne dubitate, quin, etiam si nostra iudicia malignitas & inuidia tardauerit, verum de nobis dicturi sint posteri nostri. Auctor de causs. corruptæ eloqu. 23, 6. & vt ait Tacitus 4, 35, 3. Posteritas suum cūque decus rependit. Sed desino congerere talia, quamquam belle medius dius, & sapienter dicta.

8, 5, 13. IN CALLISTHENEM) Quare cum ex hac caussa [gratias & prompte libertatis] non posset, sub specie insidiarum interfectus est. Quod mali quoque præuidens præceptor eius Aristoteles, mētēnās sua & fandi libertate vt parcus vteretur ad Rēgem vitæ potestatem & necis in acie linguae portantem monuit. Diog. Laertius in Aristotele. Valer. Max. 7, 2, 8. ext. Ammianus Marcell. 18. Loccenius. At Philostratus in Apollonio 7, 1. & 2. interfectum ait, quod vno eodemque die Macedones laudanis, & accusanis. Adde Plutarch. Alex. cap. 95. Vnde constat, eo quoque facto, nam & ibi libertatis incautæ specimen dederat, incurrisse regis odium. Forte & illo, quod Athenæus 10, 9. ex pluribus scriptoribus memorat: Alexandro coniuvante, cum meri poculum, quod ad eum peruenierat, aspelleret, rogante quedam cur non biberet & refusidit: nolle se dum Alexandri poculum ebiberet, Aesculapiο indigere. Quod etiam Plutarchus de ira cohib. cap. 6. & Sympos. 1, 6. loco nunc mutilo retulit. De Callisthene videndum & Polybii locus, in Excerpt. Vales. pag. 54.

8, 5, 14. SI REX IN QVIT) Coniunge cum Arriano 4, 2, 20. Ceterum hoc exordio per artem vsus est, vt ipsi etiam regi pudorem faceret eius rei cupiendæ: non quod ignoraret regis animum, quem homo non stupidus, aut ignarus aula, sed consilio & animi constantia liber, extot indicis facilime deprehendere poterat.

8, 5, 15. ET PRÆCOQVEM FRUCTVM) Elegans similitudo & nobilis gnome: nam cito nata, cito pereunt. sumpta est comparatio ab arboribus præcocibus, quales sunt amygdalus, nucipersica seu præcoce, de quibus Plinius 15, 14. & 16, 25. & singillatim de pomo nucipersico, quia non aliud fugacius: Longissima namque decrepido bidui mora est, cogite se renundari. Adi nostros commentarios ad Martialem 13, 46.

Vilius maternis fueramus præcoqua ramis,  
Nunc in adoptinis Persica caras sumus.

De amygdalo idem Plinius. Floret prima omnium amygdala mense Ianuario: Martio vero pomum maturat. Transferuntur haec in ingenia præcoccia, honores præposteros, & hoc genus alia. Alciatus emblem. 208.

Cur properans foliis præmiuimus amygdale flores?  
Odi pupilos præcoccis ingenuis.

Quintilianus enim 13, 2. testatur, hoc præcox ingeniorum genus nunquam fere peruenire ad frugem. & Accius apud Gellium 13, 2. ait: In iuuenilibus ingenio iidem sibi placere, vt in pomis immaturis acerbitas ipsa placet; ea enim demum maturoscere (maturitas enim tempestiuam adferit statuitatem) reliqua ante tempus purgescere. Adferit Claudio Mino ex Cælio Rhodigino exemplum de Hermogene Rhetore, quod in commentario eius ad Alciatuum leges. Raderus.

8, 5, 18. SCILICET EGO ET TV) Οὐδὲν τὸ ἀντὶ ὅπερος ἔχει  
Ιππωνός, οὐδὲν τὸ ἀταξίαν. Sap. XV. Sanc ridiculum, deum aliquem declarari ab hominibus,

nibus, ut felicit excellens potentia opus habeat tam imbecillo auxilio. Quod argumentum praeclare vrgent omnes isti patres, qui contra factios deos Christiani cultus veritatem propugnauerunt. Quin & ethnicorum multi-satis intellexerunt, quid enim aliud Ἀelianushist. var. 2, 19. Alexander Græcis scripsit, ut se deinceps ficerent: satis equidem sicut. neque enim qua natura ei largita non fuerat, haec ab hominibus petendo luceri faciebat. & ibidem Lacedæmonii: Ογοναμ Alexander deus esse vult, esto deus. Apud eundem 5, 12. Pop. Atheniensis Demades irrogauit multam centum talentorum, quod Alexandrum mortalem & hominem acripissim Olympicis. Egregie Agesilaus, certe ille magnanimitatis præ Alexandro compos, in Plutarchi Lacon. apophth. cap. 9. qui Thasius cum, quod magna ab ipso se adeptos beneficia sentirent, templis illuiniisque honoribus venerabibus, eaque de re legatos mittenibus: ut legi quos honores sibi decernerent, quasfuit è legis attinuitas ipsorum homines in deos posset conuenerere? cum affirmarent, Agedum, inquit, vos ipso primum deos facite: ex facto, credam vobis posse me quoque à vobis in deum mutari. Atque idem innuit Diogenes apud Laëtium: Atheniensibus Alexandrum Dionysium appellari decernentibus, me quoque inquit, Serapim facite. Postea hanc artem exercuerunt Vaticani Praefules.

**FAC ALIQVEM REGEM**) Age experite vires tuas, minus est regem creare & facere, quam deum. Si regem non potes, quando poteris deum? Radeius est imperium dare, quain cœlum, illud non potes, hoc quomodo poteris? Radetus. Optime. nam alii sine causa mutant fac aliquem deum, si regem potes facere. Illi Agesilai atque Diogenis (de quibus modo) mentem in consilio habebant, non Curtii.

8, 5, 19. **DISCERE**) Olim vidi excidisse aliquid, atque nuac etiam sentio scripsisse Curtium, à vietiis discere. Quod & Acidalium non fugisse postea vidi, qui supplet à Persis. Sicut et Bongarfius in suo cod. notarat. Seneca apud Augustin. de Ciu. DEI, 6, 11. Vique ex sceleratissima gentis consuetudo conuuluit, ut per omnes iam terras recepta sit. Vietsi victoribus leges dederunt. De Iudeis loquitur, de quibus & Rutilius Itin. 1, 398. Victoresque suis natio vieta premittit. Ceterum ut talia à vietiis disci reuera absurdum fuerit; ita contra laudabile & vsu egregium in suam remp. transferre, quod signum egregium fuerit, ut loquitur Claudius Imp. apud Tacit. 11, 24, 2. Quam rem de ciubus suis depraedat apud Lucian. in lib. de Gymnasis, Solon ad Anacharsidem: Persusissimum habe, Atheniensis sibi nequamnam dedecori dacleros, ab homine peregrino ac barbaro ex perdidere. Adde infra ad 8, 8, 13.

**SI AB ILLIS**) Victoris enim est dare leges, non accipere. Vide supra ad 4, 17, 21.

8, 5, 21. **POST AVLÆAM**) Supra ad 6, 11, 12. Hoc etiam ex more Persico, de quo Athenæus 4, 10. Hos quidem rex videt per obditudem ianue velum, regem autem contueri illi non possunt. Id imitantur non in conuiuis, sed in consiliis Imperatores Turcae. Lips. in Not. ad Polit. 3, 8. De aulais autem eiusmodi late Briffon. lib. 2 pag. 224. & Dempsterius in Paralip. ad Rosini antiquit. 5, 10.

**BARBAROS TANTVM**) Simile discrimen obseruauerat supra 6, 6, 6. vbi nos vide. quod absurdum fore dixerat apud Artian. 4, 2, 25. Callisthenes: an tibi diuersi plane honores sint decernendi, Græcis quidem humanos honores Græcorum more tibi decernenti: barbaris autem barbarico te colentibus? vbi dixit Græcorum more Ἐλληνικῶς, intellexit idem, quod viuar legem Græcorum vocat Lucian. citatus ad 8, 5, 6. Aristoteles ei suaserat, ut Græcis principem, barbaris dominum præstare, quod merito improbat Plutarch. de Fort. vel Virtut. Alex. 1, 8. & Strabo sub fin. lib. I.

8, 5, 22. **SUPER REGEM**) Reuocabo paucis in memoriam quæ ad illos Martialis Seazones edidi Epig. 6, 50.

Medio

Comment. in Curtium. lib.8. cap.5. num.24. & c.6.n.1.2.3.

*Medio recumbit imus ille qui lecto.*

In cenaculis Romanorum (imo & Græcorum) ut plurimum tres lecti erant, in quibus discubebatur ad mensam, unde triclinia sunt appellata; nonnunquam duo tantum, ut apud Plautum 4, 4, 69. legas bieñium à duobus lectis. Porro singuli lecti capiebant binos, ternos, quaternos aut quinos etiam conuiuas, quanquam apud Romanos quini in uno lecto, raro aut nunquam accubuerint. Inter tres ergo lectos, medius lectus erat honoratissimus, & medius locus in medio lecto omnibus dignior. Tribus accubentibus in uno lecto, summus dicebatur, qui ad caput lecti cubabat, imus, qui ad medii & dignissimi pedes. Quando duo tantum, summus dignissimus habebatur. Si quatuor, proximus à summo honoratissimus, imus vero, qui ad tertii pedes iacebat. Hæc ut ne sicta nobis putes, accurate tractant accuratissimus Lipsius lib. 3. antiq. lect. Ciaconius lib. de Triclinio. Stuckus l. 2. conuiual. c. 34. Intelligis ergo in lecto triclinari Alexandri medium accubuisse Alexandrum, qui locus erat honoratissimus; supra Alexandrum Polypercontem, vt Curtio placet, siue Leonnatum, vt Arriano 4, 2, 27. in imo, seu ad pedes Alexandri alium aliquem ex amicis quem ego Hephaestionem fuisse, ex Plutarcho Alex. c. 96. & Arriano disce, cum hoc enim inter epulas familiariter quasi seorsum est locutus. Raderus. De Hephaestione magnopere dubito: nam ille certe haudquaquam infra Polypercontem aut Leonnatum accubuisse. De discubendi modo apud veteres, vide & Rosinum Antiquit. Rom. 5, 28.

8, 5, 24. *CASTIGATO DIV*) Ægre fero istud diu, & vix abstineo interpolare: *Polyp. quidem posse, castigato prius, ignoruit.* Tamen diu multumque castigatum ceperis ex vulgato. Acidalius.

8, 6, 1. *IN CALLISTHENEM*) Hinc orsi sunt nouum caput, quod quia receptionis est, turbare non sustinuimus. Alias enim recte Raderus coniunxit hæc cum prioribus, ita distinguens: *Polyperconti quidem postea castigato diu, ignoruit: in Callisthenem olim contumacia suspectum peruvicacionis iræ fuit &c.* Estque par omnino membrorum constitutio, quam reperias in illis Taciti 3, 13, 5. In Haterium statim inuectus est; *Scarrum, cui implacabilius irascebatur, silentio transmisit,* de Tiberio loquitur.

8, 6, 2. *MOS ERAT*) Institutus à Philippo, vt præter Arrian. 4, 2, 30. auctor est Ålian, hist. var. 14, 49. *Philippus, clarissimorum in Macedonia hominum liberis assumptis, sive curam ministeriungue ipsis imposuit: non per iniuriam aut contemptum, sed vi patientes eos laborum, & ad ea que fieri opus esset peragenda promptos atque paratos redderet.* At Valer. Max. 3, 3, 3. *Vetus Macedonia more regi Alexandro nobilissimi pueri presto erant.* Quod verum puto: sic enim & noster infra 8, 8, 3. *more patrio & ab antiquissimis Macedonia regum usurpato.* Sic & hodie pueri nobiles in comitatu & familia procerum, dum ex ephelis exceedant, arctissimo famulatio distinxuntur, quod & Pollert. de foro Rom. 2, 7. notat: *vnaque morem Romanum, adolescentulos post prætextam puerilem depositam, dandi in contubernium viris magnis & grauibus.* Hæc ergo puerorum cohors delecta erat ex nobilissimis adolescentibus. Alii longe suere eponi, de quibus ad 10, 4, 8. infra: alii & *Baxides;* apud Suidam: alii denique *Principes iuueniuntur* supra 6, 9, 21.

8, 6, 3. *EXCVBABANT*) Sic apud Sueton. Galba 10, 3. delegit & equestris ordinis iuuenies, qui manente annolorum auctorum vñi, Euocati appellarentur, ex cubiisque circa cubiculum suum vico milium agerent. At Gaudæ Masinissæ nepoti petenti custodia causa turram equitorum Rom. negavit Metellus, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani, satellites Numidae tradiderentur. Sallust. Iug. 65, 2. vbi pro in eas, quod quidem tolerari potest, credo fuisse in nos; h.e. in pop. Romanum. Sic fere apud Tacit. 13, 41, 4. nec id nobis virium erat, hoc est, Romanis.